



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Nucleus Casuum Conscientiæ Sive Brevis Notitia Eorum
quæ scitu vel necessaria, vel valde vtilia sunt
Confessarijs in primo ingressu ad audiendas Confessiones**

Agostini, Giuseppe

Coloniae Agripp., 1644

lura in examine Ordinandorum solui consueta abrogantur, ibid.

urn:nbn:de:hbz:466:1-41767

rus esset *Domum Dei ad vllum sacrum Ordinem suscipiendum à me approbetur, sciens quod non solum coram ipso Summo Pontifice, ac Reuerendissimo Domino Archiepiscopo, sed coram Deo precipue & Pastore Pastorum Christo, eius rationem reddere teneat, si in admissione talium laxior fuero. Sic me Deus adiuuet, & hac sancta Dei Euangelia.*

Nullus porro Examinatorum valeat sui loco alium substituere, nisi cum nostro, nostrive in Pontificalibus Vicarij generalis præscitu & consensu; arque præmissio per substitutum simili iuramento.

Nihil ab Ordinandis etiã spontè oblatum occasione examinis vel ordinationis accipiendum.

XXIX. Cum nihil pro collatione quorũcunque Ordinum, etiam clericalis tonsuræ, nec pro literis dimissorijs, aut testimonialibus, nec pro sigillo, nec alia quacunque de causa exigendum sit,
nec

nec etiam spontè oblatum accipiendum;
& Oecumenica Synodus Tridentina om-
nem contrariam consuetudinem etiã
immemorabilem, tanquam corrupte-
lam & abusum Simoniacæ prauitati suf-
fragantè expressè cõdemnet: idcirco ca-
ueant non tantum ordinum Collatores,
sed etiam omnes & singuli ordinando-
rum Examinatores, eorumque famuli,
ministri, Scribæ, & Notarij, ne ab exa-
minandis ad sacros Ordines suscipien-
dos, ante vel post illorum examen, seu
ordinationem quouis prætextu occa-
sione examinis prædicti, vel collationis
ordinum quicquam prorsus exigant; i-
mò ne quidem spontè oblatum accipiãt;
Scriba tamen siue Notarius Episcopi Or-
dinatoris, cum ipsi nullum salarium pro
eo officio exercendo sit constitutum,
accipiet iuxta Concilij Tridentini con-
stitutionem pro singulis Dimissorijs,
aut testimonialibus literis, decimam
duarum partem vnius aurei, quam ad
sexdecim albos monetæ Coloniensis ta-
xamus, inhærentes præterea dicti Con-
cilij Tridentini Decreto, & reliqua omnia
iura in examinibus præfatorum Ordi-
nando-

nando-

nandorum seu collatione Ordinum cui-
cunque sub quocunque etiam praetextu
solui consueta, prorsus abrogamus, &
abrogata esse omninò volumus, ac pro-
inde eadem exigere, dari, offerri, vel etiam
spontè oblata accipi seuerè prohibemus,
sub pœnis in eodem Concilio Tridenti-
no mentionatis. Quo verò accuratius
prædicta omnia ad executionem dedu-
cantur, expressè vetamus, ne noster in
Pontificalibus Vicarius vllum ordinet,
circa quem præmissa non esse observata
animaduertit: quia hæc est seria nostra
voluntas.

*a c. quãdo dist. 24. c. placuit 1. q. 1. c. sicut Epi-
scopu 1. q. 2. Conc. Trid. sess. 21. de reform. c. 1.*

*Ordinibus sacris insigniendus Examen
subeat, an propositum eius sit pium,
sanctum ac firmum; & quantum pos-
sit in horarijs precibus recitandis.*

XXX. Qui se examini subiciet, vt
sacris Ordinibus initietur, ante omnia
interrogetur, a quo affectu ductus, Or-
dinem Ecclesiasticum petat, an eius pro-
positum pium sit, sanctum ac firmum; &
quan-